NOTITIAE 549-550 Vol. 49 (2012) - Num. 5-6

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica
Editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
Mensile – sped. Abb. Postale – 50% Roma

*Directio*: Commentarii sedem habent apud Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta Notitiae, *Città del Vaticano*

*Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana – Città del Vaticano* – c.c.p. N. 00774000.

Pro Commentariis sunt in annum solvendae: in Italia € 25,83 – extra Italiam € 36,16 ($ 54).

Typis Vaticanis

---

*S.E. Mons. Arthur Roche, Segretario della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti* ........ 193-194

ACTA BENEDICTI PP. XVI

Il Convegno "Il Battesimo, prima tappa della Resurrezione". Discorso Inaugurale ........ 195-203

*Allocutiones:* La preghiera di Gesù di fronte alla morte (*Mc* e *Mt*) (204-208); La preghiera di Gesù nell'imminenza della morte (209-213); Mercoledì delle Ceneri (214-218); Dalla polvere della terra al paradiso ritrovato (219-222); Preghiera e silenzio: Gesù maestro di preghiera (223-227); La preghiera negli *Atti degli Apostoli* e nelle *Lettere di San Paolo* (228-231); Quello sguardo amorevole sul mondo (232-236); Nell'umiltà della croce il vero rinnovamento della Chiesa (237-241); Quando Gesù ci ha aperto la via della libertà (2) (242-245); Il giorno di una nuova creazione (246-249); La Pasqua del Signore (250-254); Una Chiesa che prega (255-259); Il primato della preghiera e della Parola di Dio (*At* 6, 1-7) (260-264); La preghiera del primo martire cristiano (*At* 7, 53-60) (265-268).

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Declaratio circa Sollemnitatem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis 2013 ........ 269

Declaratio circa Sollemnitatem Annuntiationis Domini 2013 ........ 269

*In nostra familia* ........ 270

ALIA DICASTERIA

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, Normae de modo procedendi in diudicandis praesumptis apparitionibus ac revelationibus... (271-275); Normas sobre el modo de proceder en el discernimiento de presuntas apariciones y revelaciones (276-280); Norme per procedere nel discernimento di presunte apparizioni e rivelazioni (281-284); Normas sobre el modo de proceder en el discernimiento de presuntas apariciones y revelaciones (285-288).

*Celebrationes Particulares*: Nota Introduttiva alla pubblicazione del Rito di Benedizione Imposizione dei Palli ........ 289

Ritus Benedictionis et Impositionis Palliorum ........ 289-293

ACTUOSITAS

La Relazione del Cardinale Vallini: "Verso una pastorale della Famiglia" ........ 294-313

STUDIA

La Colletta «Deus, qui fidelium mentes»: Commento biblico (*G. Ferraro, S.I.*) ........ 314-320

más en general, fenómenos extraordinarios o de presunto origen sobrenatural. Al mismo tiempo desea que el texto pueda ser útil a los teólogos y expertos en este ámbito de la experiencia viva de la Iglesia, que hoy reviste una cierta importancia y requiere una reflexión más profunda.

Ciudad del Vaticano, 14 de diciembre de 2011, memoria litúrgica de San Juan de la Cruz

William Card. LEVADA
*Prefecto*



## NOTA INTRODUTTIVA ALLA PUBBLICAZIONE DEL RITO DI BENEDIZIONE IMPOSIZIONE DEI PALLI*

In considerazione della peculiarità del Rito di benedizione e imposizione dei Palli presieduto dal Santo Padre nella Basilica di San Pietro per la solennità dei SS. Pietro e Paolo e dell'elevato numero degli Arcivescovi Metropoliti che ogni anno richiedono il Pallio;

In considerazione, altresì, della necessità di evitare che la collocazione della benedizione e imposizione dei Palli dopo l'omelia possa far pensare a un Rito sacramentale;

In considerazione, infine, della volontà di evitare che nella celebrazione della Santa Messa siano presenti elementi che non le sono strettamente propri:

Il Santo Padre Benedetto XVI ha approvato, in data 15 maggio 2012, la seguente revisione del Rito di benedizione e imposizione dei Palli agli Arcivescovi Metropoliti.

## RITUS BENEDICTIONIS ET IMPOSITIONIS PALLIORUM

*Antequam processio incipiat et "Tu es Petrus" cantetur, Archiepiscoporum Metropolitarum, Pallia recipientium, nomina leguntur.*

*Cum Summus Pontifex ingreditur, schola cantorum cantat:*

* Quae Reverendissimus Dominus Guido Marini, Magister Liturgicorum Celebrationum Summi Pontificis transmisit, fideliter hic reproducuntur.

Tu es Petrus *Mt* 16, 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram
ædificabo Ecclesiam meam,
et portæ inferi non prævalebunt adversus eam,
et tibi dabo claves regni cælorum.

*Diaconi Pallia, ex Sancti Petri Confessione deprompta, ante Summum Pontificem ponunt.*

Metropolitarum Præsentatio

*Cardinalis Protodiaconus Metropolitas Summo Pontifici præsentat Pallia recepturos, atque ea absentium nomine postulat.*

Beatissime Pater, Reverendissimi Patres Archiepiscopi hic stantes, Sanctitati Vestræ et Apostolicæ Sedi fide et devotione addictissimi, humiliter postulant ut Pallium de Confessione beati Petri sumptum, significans quidem potestatem qua, in communione cum Ecclesia Romana, Metropolita in propria provincia iure instruitur, a Sanctitate Vestra sibimetipsis tradatur.

Ceteri vero Patres Archiepiscopi ad Metropolitanas Ecclesias nuper promoti, qui Romam petere hac ipsa die nequiverunt, humiliter petunt ut Pallium recipere queant, nomine et vice Sanctitatis Vestræ, a Legato Pontificio in sua quisque Ecclesia Metropolitana.

Iurisiurandi Formula

*Metropolitæ Pallia recepturi, stantes, ante Summum Pontificem, iurisiurandi formulam una simul legunt.*



Ego *N.*,
Archiepiscopus *N.*,
beato Petro Apostolo,
Sanctæ, Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ,
ac tibi, Summo Pontifici,
tuisque legitimis Successoribus
semper fidelis ero et obœdiens.
Ita me Deus omnipotens adiuvet.

Palliorum Benedictio

*Summus Pontifex, sine mitra ac stans, dicit:*

Deus, Pastor æterne animarum,
qui eas ovium nomine designatas
per Iesum Christum Filium tuum,
beato Petro Apostolo, eiusque Successoribus,
boni Pastoris typo regendas commisisti,
per ministerium nostrum
effunde benedictionis tuæ gratiam super hæc Pallia
quibus symbolis pastoralis curæ
documenta significare voluisti.
Humilitatis nostræ preces benignus excipe,
atque Apostolorum meritis et suffragiis concede,
ut quicumque ea,
te largiente, gestaverit,
intellegat se ovium tuarum Pastorem,
atque in opere exhibeat, quod signatur in nomine.
Tollat iniectum collo suo evangelicum iugum,
sitque ei ita leve ac suave,
ut in via mandatorum tuorum
exemplo et observatione præcurrens,
in loco pascuæ tuæ perpetuo collocari mereatur.
Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Pallioum Impositio

*Ad finem benedictionis oratione adducta, Summus Pontifex considet, mitram et pastoralem recipit, tandem dicit:*

Ad omnipotentis Dei gloriam
atque ad laudem beatæ Mariæ semper Virginis
et beatorum Apostolorum Petri et Pauli,
ad decorem Sedium vobis commissarum,
in signum potestatis metropolitanæ,
tradimus vobis Pallium
de Confessione beati Petri sumptum,
ut eo utamini
intra fines provinciæ ecclesiasticæ vestræ.
Sit vobis hoc Pallium symbolum unitatis
et cum Apostolica Sede communionis tessera;
sit vinculum caritatis
et fortitudinis incitamentum,
ut die adventus et revelationis magni Dei
pastorumque principis Iesu Christi,
cum ovibus vobis creditis
stola potiamini immortalitatis et gloriæ.
In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

R. Amen.

*Exinde Summus Pontifex in umeris singulorum Metropolitarum Pallium imponit et pacis signum permutatur:*

Pax tibi.

R. Amen.Et cum spiritu tuo.



*Interea schola cantorum cantat:*

Euntes in mundum *Mc* 16, 15

Euntes in mundum universum,
prædicate Evangelium omni creaturæ.

*Archiepiscopus Secretarius Congregationis pro Episcopis a Summo Pontifice Pallia recipit aliis Metropolitis destinanda.*

*Sequitur ritus introitus ad Sanctam Missam.*